
Daniel Rantzow


Rostochii 1590.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]

45,-194-4°
DA BOK
(LN bis 371)

Samlingsbd.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]

Nobili & litterato iuueni,

# DANIELI RANZOVIO

ſtrenui & nobiliſsimi Herois *PETRI RANZOVII*, R. M. Daniæ Conſiliarij & Præfecti Flensburgenſis, Domini in Arensborch ſiue VVoldehorn &c. filio vnico, Patauii in Italia defuncto.

## ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ


*HENRICI RANZOVII*

*&*

*PETRI LINDEBERGII.*

ROSTOCHII
*Typis Stephani Myliandri.*
ANNO
1590.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]



*Ranzouij rubra eſt clypei pars dextra, ſiniſtra eſt*
*Candida, ſed caſsis cornua bina gerit.*
*Cornua ſunt robur, Martis color alter, & alter*
*Pacis: vtrumq; ſatos nobilitate decet. (ſtas,*
*Forma quid hæc ſimplex? ſimplex fuit ipſa vetu-*
*Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat.*

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]

# HENRICVS RANZOVIVS

Regius in Holſatia Vicarius, *DANIELI RANZOVIO*, *PETRI* filio, agnato & gentili ſuo, Pataui defuncto

F.

*SIccine mi DANIEL cari ſpes vnica patris,*
*Siccine vitali lumine caſſus ades?*
*Te pater hæredem ſe linquere velle putabat,*
*Artibus excultum moribus atq; bonis.*
*At tu triſte redis, hei miſerabile funus,*
*Vt munus poſcas exequiale patrem.*
*Quòd poſcis, dabitur, tumulo conderis auito,*
*Exequijs nec tu deſtituêre pijs.*
*Sic placuit Domino, qui mens eſt edita nullo*
*Principio, complens omnia, fine carens.*

 Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]

## Henricus Ranzouius, Petro Ranzouio, filium lugenti S.

*Sic eſt RANZOVI: non eſt, qui ſpicula mortis*
*Inter mortales effugitare queat:*
*Hæc quia proſternunt pariter juuenesq́; senesq́;,*
*Nec quenquam tutum, proh dolor, eſſe ſinunt.*
*Filius exemplo tuus, ô cariſſime PETRE,*
*Eſt, patrui nomen cui DANIELIS erat.*
*Hic firmus, nec non juuenilibus integer annis,*
*Deſeruit patriæ dulcia rura ſuæ.*
*Certus adire viros doctrinæ laude celebres,*
*Qui doctrinarum ſemina grata docent.*
*Italiam venit, ne quiſquam diceret ipſum*
*Natali tantùm delituiſſe ſolo.*
*Et quia Muſarum ſtudiis nunc Padua floret,*
*Subſtitit hic, ſtudiis mox operamq́; dedit.*
*Diſcendi cupidus, dum docta Lycea frequentat,*
*Approperat tacito mors inopina pede.*
*Inq́; pium juuenem lethalia ſpicula torquet,*
*Ictus obit ſummum protinus ille diem.*
*Sic quem ſperabas reducem cariſſime PETRE,*
*Artibus excultum moribus atque bonis.*
*Nunc tibi triſte redit, heu miſerabile funus,*
*Poſcit & exequias, te miſerande parens.*

Eſt

Eſt aliquid tumulo ſi quis condatur auito,
Patria ſit quamvis fortibus omne ſolum.
Indolui, fateor, cum nuncia fama veniret,
Diceret ac nati funus adeſſe tui.
Nam facilis certè mihi coniectura dabatur,
Te in vitâ paſſum triſtius eſſe nihil.
Sic fuit in fatis: fortuna viriliter ergo,
Siſte precor lacrymas, iſta ferenda tibi.
Me ſpecta, qui ſum (mala ſunt tibi cognita noſtra)
Non ſemel elapſo tempore paſſus idem.
Exemploq; meo tu nunc moderare dolori,
Nil prorſus dolor hic vtilitatis habet.
Nam, quem nunc luges, ad gaudia vera reſurget
Natus, in aduentu Chriſte benigne tuo.

## Ad eundem Petrum Ranzouium virum ſtrenuum & magnificum, defuncti Danielis patrem,

### Elegia Petri Lindebergij.

QVod Deus imponit molle eſt, quod iudicat æquum eſt, „
Quod ſtatuit iuſtum eſt, quod facit omne bonū eſt. „
Suſpenſis igitur lacrymis, poſitoq; dolore,
Ranzouiæ gentis nobile, PETRE, jubar.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]

Deflere æternùm DANIELEM deſine natum,
Illam illam cordis ſpemq́; decusq́;, tui.
Nil ſurdo prodeſt tumulo cumulus lacrymarum,
Infectum, factum, reddere nemo poteſt.
Eſt fateor curarum cura, dolorq́; dolorum,
Mæror mærorum, ſollicitudo grauis,
Amiſiſſe vnum ſenij ſolamen, & vnum
Delicium vitæ, deliciumq́; animæ,
Patre procul, patriâq́; procul, cunctisq́; propinquis,
Longè hinc diſtanti, morte iubente, loco.
Sed ſolamen erit, quòd Chriſti carne reſurget,
Natumq́; exanimem patria terra tegat.
Non Latium, non vrbs Patauini Antenoris, illic
Quanquam præpropero funere merſus obit.
Extera dum viſit iuuenis, peregrinaq́; regna,
Et ſtudijs inhiat non ſine laude bonis.
Sic Domino placuit, qui patrem pignore donat,
" Et lubitu, & libitu, cùm cupit illa rapit.
" Qui ſolùm ſolus quid nobis vtile cernit,
" Solus & arbitrio perficit omne ſuo.
Iamq́; tuum gnatum cœleſti ſede recepit,
Viſeret æternæ vt docta Lycea Scholæ.
Quare cùm lacrymæ nihil, aut ſuſpiria proſint,
PETRE tui affectus, contrahe vela, pij.

Genti-

*Gentiliſq́ʒ tui exemplo, moderare dolori,*
*Qui placidâ nouit talia mente pati.*
*Mors quemcunqʒ manet, fato ſunt ſubdita cuncta,* »
*Mors eadem nobis eſt adeunda breui.* »
*En rapimur, ſenſim morimur, mutamur in horas,* »
*Vita fugit, tempus labitur, hora volat.* »
*Omnia tranſibunt, & nos traſibimus omnes,* »
*Qui Chriſto nouit fidere, viuet homo.* »

Eiuſdem ad eundem.

*QVid magis eſt auro gratum? valetudo. Quid illâ?*
*Pax. Quid & hâc? Soboles. Quid ſobole? ah nihil eſt?*
*Non igitur mirum, quòd gnati, nobilis Heros,*
*Deflendi defles triſtia fata tui.*
*Sed ſtatuas aliquando modum, finemq́ʒ dolori,*
*Cum iuſto fuerint hæc ita viſa Deo.*
*Siſte tuas lacrymas, mortalis viuere ſors eſt,* »
*Et rurſum, fato non remorante, mori.* »
*Dum nos hìc edimus, bibimus, dormimus, abimus,* »
*Annum nemo poteſt addere, nemo diem.* »
*Omnes ſub fati firmatâ lege tenemur,* »
*Exitus in dubio eſt, hora, locuſq́ʒ necis.* »

*Naſci-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]

» *Naſcimur hìc fletu, fletu traducimus æuum,*
» *Et noſtrum in terris eſſe, fuiſſe parum eſt.*
» *Felix qui viuit ſic, demum vt viuere poſſit,*
» *Et famâ exoritur præpete, cum moritur.*
*Ille tuus gnatus, gnatus tuus vnicus, illud*
*Dimidium cordis, PETRE diſerte, tui,*
*Traditus eſt terræ, quia nil niſi terrea maſſa eſt,*
*Cumq; homo fictus humo, nũc quoq; fixus humi.*
*Corpore ſed tantùm, non famâ et mente ſagaci,*
*Mens generoſa polo eſt, membra caduca ſolo.*
*Atq; ita quem dederat curſum Fortuna peregit,*
*Supremumq; piè clauſit in orbe diem.*
» *Quisquis es, in terris dum viuis, viuere diſce,*
» *Vtq; Deo viuas poſtmodò diſce mori.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 371 [45,-194 4°]